Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6898
Copyright: Wien, Dominikanerkonvent

Cõmentarij super regula diui Augustini Jponensis episcopi sancte ecclesie doctoris precellentissimi editi ab Ambrosio Coriolano sacre theologie professore et priore Generali totius ordinis fratrũ heremitarũ eiusdem sancti per modũ Dialogi feliciter incipiunt.

Augustinus

Ante omnia fratres karissimi diligat deus deinde proximũ. qr ista sunt precepta principaliter nobis data.

Ambrosiꝰ

a Ar omniũ parente doctorum. ⁊ nostre sanctissime religionis. primo ac veracissimo fundatore Aurelio Augustino iubemur. vt in primis deũ subinde proximũ diligamus. quoniam sicut rationem adiecit. a mundi redemptore ista precepta seruanda sunt principaliter nobis data. ⁊ adeo quidem vt ex his. ceu ipse saluator mox intulit. tota lex pendeat ⁊ prophete. Ob eam rem a sanctissimo gentium doctore scriptũ est. Qui diligit legẽ adimpleuit. Et Augustinus in cõmentarijs canonice Johannis inquit Dilectionem habeas ⁊ implesti legẽ. qd ꝓ preclarissimum ꝗ consentaneum dictum sit. cõstat ex eo quidẽ. q ex his duabus dilectionib⁹ tota conflatur caritatis essentia. Unde eam hoc pacto sacri diffi
b nire doctores. Caritas est dilectõ qua diligimus deũ ꝓpter se. ⁊ proximũ ꝓpter deum. aut in deum. perinde idẽ Augustinus in octoagintatrũ questionum volumine eam talem vocat amorem. quo deus ⁊ animus ipe diligitur. Et in libro de doctrina christiana. ea motum animi nuncupauit ad fruendũ deo ꝓpter seipsum. ⁊ se atq proximo ꝓpter deum. At enim tanta est caritatis necessitas. tãta excellentia. tanta prestantia. tanta deniq gloria ⁊ splendor. vt de ipsa idẽ gloriosus apostolus Paulus ad Corinth. scribens intonuerit. Si linguis hominũ loquar ⁊ angelorum caritatem autem nõ habeam. factus sum velut es sonans aut cymbalum tiniens. Et si habuero ꝓphetiam. ⁊ nouerim misteria omnia. ⁊ omnẽ scientiam. ⁊ habuero omnem fidẽ. ita vt montes transferam. caritatem autem nõ habuero nihil sum. Jn quib⁹ ⁊ alijs que sequuntur non modo vtilem. sed necessariam. hanc vnam omniũ caput parentem decoremq virtutum. satis esse ad eternam felicitatem acquirendã transegit. et⁹ quoq prestantiam augens eam esse omniuꝫ preceptorum finem. legisq plenitudinem alibi definiuit. quoniam ad eam. si de cõscientia bona. ⁊ fide nõ ficta extiterit. oia referuntur precepta. quoꝫ quidem adimpletio vera est legis plenitudo. cui⁹ etiam diuus Gregorius celsitudinem cõtemplans illud saluatoris verbum. hoc ẽ preceptum meum vt diligatis inuicem. sicut ego dilexi vos. exponens. cum vehemẽti rogat affectu. Cum cuncta sacra inquit. eloquia plena sint dominicis preceptis. quid est q de dilectõe quasi de singulari mandato dominus dicit. Hoc est preceptum meum vt diligatis inuicem. sicut ego dilexi vos. nisi qr omne mandatum de sola dilectione est. ⁊ omnia vnum preceptum sunt. qr quicquid precipit. in sola caritate solidatur. Ut enim multi arboris rami. ex vna radice prodeũt. sic multe virtutes ex vna caritate generant. Nec habet aliquid viriditatis ram⁹ boni operis. si non manet in radice caritatis. Jpsa ergo dominica multa sunt ⁊ vnum multa per diuersitatem operis vnũ in radice dilectionis. Et Augustinus cum de fortitudine suis in sermonibus narraret. prestantiam. asseruit. omnis bone actionis formam esse caritatem. Cum autẽ diuinorum verborum esset declamator. tam excellens bonum caritatem esse asseuerauit. vt nihil ea preciosius. nihil luminosius. nihil firmius. nihil vtilius. nihil deniq astrueret fore securius. Et in tantam profecto eius laudes erexit vehementiam vt dicere nõ diffideret. q sublata caritate cetera dei munera nihil prodessent. Ad cuius item presentiam cetera viuerent dona ĩmo virentiori quadã valerent virtute. Et vt suam celsitudinẽ ad summũ tolleret fastigium eam oim bonorum radicem astruxit. eam vitã omnium virtutum dixit. eam inter oia diuina mu-